Catalogus paparum

Cod. Paris. Adrian. Nro 5512.

Cod. P. L.	
107. 234 6.	Carlomannum et Lotharium : al.

Bern

Msp. 120. Päpstes Verzeichniß von Gregor III. bis Benedict IX.

Stem Gregorius sedit annos X. menses VIII. dies XXIIII.

Zacharias sedit annos mensos dies. huius auctoritate Pipinum fratrem Karlomanni in monte cassino monachi facti. sub sancti Benedicti regula. francii super se regem statuunt. abiecto hilbrico. qui tonsoratus postea. monachus est effectus. huius quippe pontificis extat epistola missa Pipino regi. ut restituereti cassiniensibus sancti Benedicti corpus. que deo volente nullum habuit effectum. Eam tamen accipiens Pipinus Remigium rotomagensem episcopum fratrem Karlomanni floriaco diriget. qui sacrum pignus eis reddat. Quos divina clementia ita occulorum lumine privauit. ut mutuos cernere non possent uultus. sed humi prostrati veniam petentes. clementiam dei senserunt & adsunt reversi letantes.

Stephanus sedit annos V. dies XXIIII. & cessauit episcopatus dies. XXXV. huic papa sanctissimo revelatio & memoria ostensa est de consecratione altaris. sanctorum apostolorum Petri & Pauli. quod est situm ante sepulcrum sanctorum. Dionisii. Rustici. & Eleutherii. V. Kal. augusti. qui pro oppresione atrocissimi & nec nominandi. haistulfi. Pipinum francorum regem adiit. & in monasterio sanctorum Dionisii sororumque eius dui infirmatus iacuit. sed sanctorum precibus sanitati redditus. altare consecrauit. Pipinumque & duos eius filios. Karolum & Karlomannum. in reges francorum benedixit. obligauitque & contestatus est ut nullus nisi de eorum progenie per succedentium temporum curricula in regno francorum rex crearetur. Acta sunt